

apostolicae plenitudine potestatis deliberavimus procedere summarie, de plano sine strepitu et figura iudicii, prout iustitia exiget, et videbimus expedire; ipsumque Almaricum mandamus sub certa forma ad nostram praesentiam evocari. Caeterum excellentiam regiam volumus non latere, quod ex quo stimulamur in tantum, nec blandimenta proficiunt, nec corriguntur errata; literas nostras, quas super talibus et similibus tibi dirigimus, jam ordinavimus registrari ad perpetuam rei memoriam. Quis autem ex eis et aliis, necnon ex illis, quae nuperime per solemnes nuntios tibi significanda decrevimus, subsequetur, effectus, novit ille, qui secretorum est cognitor, et praescius futurorum. Dat. Anagninae xv. kal. augusti anno vi.

DOCUMENT (L).

LETTRE A PHILIPPE-LE-BEL, JOINTE A LA BULLE AUSCULTA.

Carissimo in Christo filio Philippo Regi Franciae illustri.

Nuper ex rationabilibus causis moti, praesertim ad relevanda gravamina, et quasi importabilia onera ecclesiarum, praelatorum, et ecclesiasticarum personarum, regularium et saecularium, regni tui, literas infrascripti tenoris fieri fecimus, et bulla nostra bullari, quarum tenorem ad tuam providimus notitiam praesentibus deducendum. Tenor autem talis est, Bonifacius, etc. ad perpetuam rei memoriam. Salvator mundi etc. ut in proxima superiori usque in finem.
Tu igitur sicut filius praedilectus in iis, quae rationabiliter et pro utilitate publica fecimus, non turberis: sed ea aequanimiter tolere; prudenter attendens, quia ut praemittitur, terminum assignamus, quo privilegia, indulgentiae, gratiae, et concessionem praedictae, nostro conspectui praesententur, et ad nostram et dictae sedis notitiam deducantur, ut consideratis ip-

sis et visis provideri possit, si dicta suspensio fuerit in aliquo vel aliquibus moderanda. Datum Laterani non. decembris anno vii

Bonifacius, etc. charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciae illustri.

Ausculta, fili charissime, praecepta patris, et ad doctrinam magistri, qui gerit illius vices in terris, qui solus est magister et dominus, aurem tui cordis inclina; viscerosae sanctae matris ecclesiae admonitionem libenter excipe, et cura efficaciter adimplere. Ad te igitur sermo noster dirigitur, tibi paternus amor exprimitur, et dulcia matris ubera exponuntur. Campum siquidem militiae humanae mortalitatis ingressus, renatus sacri fonte baptismatis, renuntians diabolo et pompis ejus, non quasi hospes et advena, sed jam domesticus fidei et civis sanctorum effectus, ovile dominicum intravisti, colluctaturus non solum contra carnem et sanguinem, sed etiam contra aereas potestates, mundique rectores praesentium tenebrarum. Sic veri Noe es arcam ingressus, extra quam nemo salvatur, catholicam scilicet Ecclesiam, unam columbam immaculatam, unici Christi sponsam, in qua Christi vicarius Petrique successor primatum noscitur obtinere: qui sibi collatis clavibus regni coelorum, iudex a Deo vivorum, et mortuorum constitutus agnoscitur; ad quem, sedentem in iudicii solio, dissipare pertinet suo intuitu omne malum. Hujus profecto sponsae quae de coelo descendit a Deo parata sicut sponsa ornata viro suo, Romanus Pontifex caput existit: nec habet plura capita monstruose, cum sit sine macula, sine ruga, nec habens aliquod inhonestum.

Ad haec, ne Terrae sanctae negotium, quod nostris et tuis et aliorum fidelium debet charius insidere praecordiis, nos putes oblivioni dedisse memorare, fili, et discito, quod progenitores tui Christianissimi principes, quorum debes laudanda vestigia solerti studio, et claris operibus imitari, exposuerunt olim personas et bona in subsidium dictae terrae. Sed Saracenorum invalescente perfidia Christianorum ac.

Tua et aliorum Regum et principum devotione solita tepescente, terra eadem tuis utique temporibus, heu! deperdita noscitur et prostrata. Quis itaque canticum Domini cantat in ea? Quis assurgit in ejus subsidium et recuperationis opportunaev juvamen adversus impios Saracenos, malignantes et operantes iniquitatem, ac debacchantes in illa? Ad ejus quippe succursum arma bellica periisse videntur, et abjecti sunt clypei fortium, qui contra hostes fidei dimicare solebant: enses et gladii evaginati in domesticos fidei, et saeviunt in effusionem sanguinis Christiani: et nisi a populo Dei domesticae insolentiae succidantur, et pax ei proveniat salutaris terra illi, foedata actibus malignorum, a periculo desolationis et miseriae per ejusdem populi ministerium non resurget.

Si haec et similia iis benevola mente revolvat, invenies quod obscuratum est aurum, et est color optimus immutatus. An non ignominia et confusio magna tibi et aliis Regibus et principibus Christianis adesse dignoscitur, quod versa est ad alienos hereditas Jesu Christi, et sepulcrum ejus ad extraneos devolutum? Qualem ergo retributionis gratiam merebuntur apud Dominum Reges et principes, et coeteri Christiani, in quibus terra quaerit respirare praedicta; sed non est qui sustentet eam ex omnibus filiis, quos genuit ipse Deus, nec est qui supponat manum ex omnibus quos nutrit? Clamat enim ad Dei filios civitas Jerusalem, et suas exponit angustias, et in remedium doloris ejus filiorum Dei implorat affectus. Si ergo filius Dei es, dolores ejus excipias, tristare et dole cum ipso, si diligis bonum ejus. Tartari quidem, pagani, et alii infideles eidem terrae succurrunt, et ei non subveniunt in ea Christi sanguine pretioso redempti; nec est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Hoc a dissidiis privatis obvenit, dum utilitas publica cupiditatis ardore consumitur, nonnullis quae sunt sua quaerentibus, non quae Christi, quorum peccata Deus ultionum dominus non solum in ipsis vindicat, sed etiam in progenies eorumdem.

Tremenda sunt itaque Dei judicia et timenda, ante quae non parentes justitiam damnabuntur: justus autem de angustia liberabitur, et cadet impius in laqueum, quem tetendit. Tu vero, fili, communiens in tribus temporibus vitam tuam, ordinando praesentia, et commemorando praeterita, et providendo futura, sic te praepares in praemissis . . . ut in praesenti divinam gratiam, et in futuro salvationis et retributionis aeternae gloriam merearis. Datum Laterani non. decembris ann. vii.

DOCUMENT (M).

SUR LES OEUVRES DE GILLES COLONNE.

L'œuvre de *Regia Potestate et Papali* fut publiée à Paris, en 1506, en un vol. in-4°; Goldaste¹ s'est vanté à tort d'en être le premier éditeur; celle de *Regimine Principum* est même traduite en italien par Dieudonné Florentin; cette traduction sur parchemin manuscrit se trouve dans la bibliothèque Magliabecchi², on y lit à la fin: « Ici finit le livre du gouvernement des rois et des princes, que frère Gilles de Rome, de l'ordre de saint Augustin, composé. Ce livre a été traduit, avec l'aide de Dieu, du latin en français, par Me Ari de Granci, sur l'ordre du noble roi de France; et moi je l'ai traduit de français en toscan, n'ajoutant ni ne retranchant une parole. Béni soit Jésus-Christ. Fait et achevé le 16^e jour de juin en l'an du Seigneur MCCLXXXVIII. » Il y en a aussi un autre exemplaire, mais sans nom de traducteur, dans la bibliothèque Riccardi³.

Cave a composé un catalogue fort exact des œuvres de frère

¹ Monarchia, Tom. II. pag. 407.

² Class. XXX. Cod. I in-fol.

³ N. IV. Num. XXII. Voir la Vie d'Ambroise Traversari. T. I. p. 159.

Gilles. Ce dernier, qui avait beaucoup étudié la physique d'Aristote qu'il a même commentée, a écrit un livre intitulé *de formatione corporis humani*. Puisque l'occasion nous en est donnée, nous rappellerons ici que frère Gilles est aussi l'auteur d'un autre ouvrage mentionné dans la savante préface dont l'abbé Mehus¹ a enrichi la Vie d'Ambroise Traversari. C'est un commentaire sur des vers de Guido Cavalcante. Quel était le sujet de ce poème de Cavalcante ? Philippe, Villani nous l'apprend, dans la vie des hommes illustres de Florence, précieux manuscrit de la bibliothèque Laurent Médicis: « Ce Guido, dit-il, « ayant fait une dissertation fort longue et très-profonde sur « la nature, les mouvements, les affections et les passions de « l'amour vulgaire, en composa une élégante et délicieuse can- « zone dans laquelle il fait entrer les pensées philosophiques les « plus ingénieuses, les plus nouvelles. Frappés de la perfection « de ce traité, de la grâce de cette conception, Dino de Garbo, « physicien dont j'ai parlé, Gilles, romain, philosophe éminent, « et Hugues de Corno, qui ne leur était pas inférieur, daignèrent « le commenter. »

DOCUMENT (N).

LETTRE AU CLERGÉ DE FRANCE, JOINTE A LA BULLE *UNAM SANCTAM.*

Verba delirantis filiae, quantumcumque desideris maternis infesta, quantavis enormitate foedata, nequeunt puritatem inficere piae matris, et affectum in filiationis odium provocare maternum: cum in ipsa miseratione amor inveniatur maternalis, qui licet de miseratione doleat, naturae legibus compatiendo filiis, in ipsa

¹ Pag. 124.

miseria consolatur. Sane conturbata sunt universa ecclesiae pia praecordia in auditu verborum, quae sub fictae consolationis pallio, recitando quodammodo composita sunt, ut credimus, nomine praedilectae filiae ecclesiae Gallicanae in matris immaculatae opprobrium grande malum, quasi ab amico causam quaereret recedendi. Sed legitur quod frustra rete jacitur ante oculos pennatorum. Ecce collectis ex parlamento, Parisiis convocato, mendicatis suffragiis, ne ad vocationem sedis Apostolicae venirent, eorum verborum compositores necessario concludere voluerunt, damna rerum, et minas corporum praecipue praetendendo. Scimus equidem multorum relatione fidelium, nec latet Apostolicae sedis notitiam, quae et quanta fuerint in eadem concione narrata, et maxime, quae Belial Petrus Flote semividens, et mente totaliter excaecatus, et quidam alii praedicaverint, sanguinem sitientes. Christiani, qui charissimum Philippum Francorum Regem illustrem trahere nituntur in devium, proh dolor! propinquum, cum tantae Christianitatis sublimitas erroneo ducatu submergitur, cui ducatus a coecis miserabiliter ad mentis interitum, nisi ex alto succurrat divina pietas, propinquatur, quod amare luget mater Ecclesia, circa salutem ejus quaerens remedium; et meditatione sollicita contra tantae majestatis naufragium querit portum.

Verum vos, fratres et filii, si professionis vestrae debitum circumspectis considerationibus attendatis, cujus venenosae fictionis suggesto in contemptum tantae matris obedientiae filialis nervum videmini contundere, ac debitum pervertere statum ordinis clericalis: videmini siquidem secundum dicta eorum spem ponere in terrenis, si timore terrenorum contemnitur coelestia, vel seponitis propter timorem judicium, Christi jugum. Multa praeterea superba, iniqua, et schismatica in eadem fideli concione narrata fuerunt per oratores ejusmodi, per quae velle videbantur distrahere unitatem Ecclesiae, inconsutilem tunicam Domini nostri..... In vestram verumtamen excusationem advertimus, qualiter detractores praefati, ut coeptum venenum aspidum festinanter evome-

rent, in corde et corde loquentes aliqui vix inter se moras loquendi gerebant: verum praecipiti in momento temporis responderunt manna dulcedinis, et venenum aspidis infundentes in Ecclesiae matris opprobrium, et status proprii detrimentum: quia si verba eorum justo librentur examine, eos esse praelatos non indicant, sed indignos quibuslibet praelaturis; nec digni sunt regere, verum non immerito corrigendi. Restat ut colligamus ex verbis, quae gesta fuerunt absque nostra scientia machinationibus venenosis, ut et vos fictis coloribus ab unione universalis Ecclesiae abducerent nequiter, vosque contra nos, quos iniquitatis eorum volebant habere complices, provocarent. Sed in vanum laborant, et deficient iniquo scrutantes scrutinio sequaces tantae superbiae exequendo, disponentes ab Aquilone sedem erigere contra Vicarium Jesu Christi. Sed quoniam, ut primus Lucifer, cui non fuit huc usque secundus, cum sequacibus suis cecidit, corruet, quantacumque fulciatur potentia, et secundus. Nonne diu nituntur principia ponere, qui dicunt temporalia spiritualibus non subesse? Hic jam dictis finem imponimus, fraternitatem vestram in Domino exhortantes, ut spretis temporalibus, et contemptis minis iudicum, nobiscum ascendatis ad cor altum: et exaltabitur Deus, qui dissipat consilia principum, et reprobat cogitationes populorum; pro firmo scientes, quod obediens gratiose videbimus, et contumaces pro qualitate criminis puniemus.

Ad perpetuam rei memoriam.

Unam sanctam Ecclesiam catholicam, et ipsam apostolicam, urgente fide, credere cogimur et tenere, nosque hanc firmiter credimus, et simpliciter confitemur; extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponso in canticis proclamante: Una est columba mea, perfecta mea: una est matris suae electa genitricis suae; quae unum corpus mysticum repraesentat, cujus corporis caput Christus, Christi vero Deus: in qua unus dominus, una fides, unum baptisma. Una nempe fuit diluvii tem-

pore arca Noe, unam Ecclesiam praefigurans, quae in uno cubito consummata, unum Noe videlicet gubernatorem habuit, et rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur, et unicam, dicente Domino in propheta: Erue a framea Deus animam meam, et de manu canis unicam meam. Pro anima enim, id est pro seipso capite simul oravit et corpore: quod corpus, unicam scilicet Ecclesiam nominavit propter sponsi fidei sacramentorum, et charitatis Ecclesiae unitatem. Haec est tunica illa Domini inconsutilis, quae scissa non fuit; sed forte provenit. Igitur Ecclesiae, unius, et unicae unum corpus, unum caput, non duo capita quasi monstrum, Christus scilicet et Christi vicarius Petrus, Petrique successor, dicente Domino ipsi Petro: Pasce oves meas. Meas, inquit, generaliter non singulariter has vel illas, per quod commisisse sibi intelligitur universas. Sive igitur Graeci, sive alii se dicant Petro ejusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse est, se de ovibus Christi non esse, dicente Domino in Joanne, unum ovile, unum et unicum esse Pastorem.

In hac ejusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet et temporalem evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis: Ecce gladii duo hic; in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse, sed satis. Certe in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: Convertite gladium tuum in vaginam. Uterque ergo in potestate Ecclesiae, spiritualis scilicet gladius, et materialis: sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia, exercendus: ille Sacerdotis, is manu Regum et militum; sed ad nutum et patientiam Sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati: nam cum dicat Apostolus: Non est potestas nisi a Deo: quae autem a Deo sunt, ordinata sunt; non ordinata essent, nisi gladius esset sub gla-

dio, et tamquam inferior reduceretur per alium in suprema: nam secundum beatum Dionysium lex divinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem universi omnia aequae ac immediate, sed infima per media, inferiora per superiora ad ordinem reducuntur: spiritualem autem et dignitate et nobilitate terrenam quamlibet praecellere potestatem, oportet, tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt: quod etiam ex decimarum datione, et benedictione, et sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur: nam veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet et judicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia et ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Jeremiae: Ecce constitui te hodie super gentes, et regna, etc. quae sequuntur.

Ergo si deviat terrena potestas, judicabitur a potestate spirituali: sed si deviat spiritualis minor a suo superiori: si vero suprema a solo Deo, non ab homine poterit judicari, testante Apostolo: « Spiritus homo judicat omnia; ipse autem a nemine judicatur. » Est autem haec auctoritas, etsi data sit homini, et exerceatur per hominem, non humana, sed potius divina potestas, ore divino Petro data, sibi et suisque successoribus in ipso Christo, quem confessus fuit, petra firmata; dicente Domino ipsi Petro: « Quodcumque ligaveris, etc. » Quicumque igitur huic potestati a Deo sic ordinatae resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo, sicut Manichaeus, fingat esse principia, quod falsum et haereticum esse judicamus: quia testante Moyse, non in principiis, sed in principio coelum Deus creavit et terram. Porro subesse Romano Pontifici omni humanae creaturae declaramus, dicimus, et diffinimus omnino esse de necessitate salutis. Dat. Laterani XIV. Kal. decembris anno VIII.

NOTE (O).

OBSERVATION RELATIVE A LA CONSTITUTION *UNAM SANCTAM* ET AU LIVRE DE DANTE SUR LA MONARCHIE.

Qu'on nous permette une remarque sur la fameuse constitution *Unam sanctam*. Il semble que cette bulle n'ait eu pour contradicteurs que les légistes défenseurs des régales, et les Gallicans, comme Jean de Paris, du temps de Philippe-le-Bel, et, à une époque moins éloignée, Alexandre, ou Bossuet. Cependant, si nos conjectures sont fondées, un poète, un très-grand poète, Dante Alighieri, aurait été aussi de ce nombre. Nous ne ferons que toucher la question, laissant à d'autres, si cela leur est agréable, le soin de l'approfondir.

Il est certain, qu'à peine publiée, cette constitution fit un très-grand bruit, et conséquemment qu'il n'y eut pas homme qui n'en entendit parler. Boniface, s'attachant à l'ancienne doctrine de l'Eglise universelle, y définit que cette Eglise est une; que son chef est un et revêtu d'un double pouvoir, figuré par les deux glaives de saint Pierre qui causèrent tant de frayeur à Philippe-le-Bel. Nous avons déjà parlé de ce pouvoir temporel indirectement exercé par les Papes sur les Rois à raison du péché. Tout le principe guelfe est dans cette doctrine. Dante, exilé, et devenu gibelin, supportait très-péniblement l'exil; et comme il avait mis tout son espoir de retour à Florence dans l'empereur Henri de Luxembourg, personne ne désirait plus que lui le rétablissement de l'Empire en Italie. Il était gibelin parce qu'il était exilé; aussi, l'amour de sa lointaine patrie, la haine de ceux qui la gouvernaient et lui en fermaient les portes, nourrissaient-ils en lui le désir de voir Luxembourg devenir la *nouvelle espérance*

d'un meilleur siècle pour l'Italie¹. Sa lettre à l'Empereur nous prouve évidemment que Dante, autrefois guelfe, s'était fait gibelin, non de cœur, et par conviction, mais parce qu'il était exilé, et exilé à cause du pape Boniface. L'âme de Dante, altière et ennemie du servage, même à la cour hospitalière des Scaliger, qui lui donnaient un abri et du pain, n'était pas assez lâche pour baisser la terre devant les pas de Luxembourg², ni pour donner à un allemand les titres de successeur de César et d'Auguste. L'amour de la patrie, la haine de ses ennemis personnels asservirent l'imagination de l'Homère italien dans la *Divine Comédie*, et sa raison dans le livre de la *Monarchie*.

Revenu de Paris en Italie, où l'attirèrent les espérances que lui donnait Luxembourg, il écrivit les trois livres de la *Monarchie*. Nous ne parlerons ni de la possibilité ni de la justesse du projet d'une monarchie universelle conçue par Dante; nous nous contenterons d'appeler l'attention du lecteur sur le troisième livre de ce traité. Dante essaie d'y démontrer que le pouvoir temporel réuni tout entier par lui dans l'Empire, et dans l'Empire du prince de Luxembourg, dépend immédiatement de Dieu et non médiatement d'un autre pouvoir divin sur la terre. Qu'on se donne la peine de parcourir ce livre d'une forme scolastique rude et presque barbare, et de le mettre en regard avec la constitution *Unam sanctam*, et il sera sans doute facile et raisonnable de conjecturer que Dante avait justement cette bulle en vue en écrivant les livres de la *Monarchie*. Au commencement du troisième, il y fait allusion au pontife par la remarque suivante : « *Cujus quidem veritas, quia sine rubore aliquorum emergere nequit, forsitam alicujus indignationis causa in me erit.* » Puis

Lettre de Dante à l'empereur Henri de Luxembourg.

Au très-glorieux et très-heureux triomphateur, et illustre seigneur, Messer Henri, par la Providence divine roi des Romains, et toujours prospère, ses très-dévotés, Dante Alighieri, florentin, injustement banni, et généralement tous les Toscans qui désirent la paix, baisent la terre devant vos pas.

énumérant les différentes catégories de ceux qui ne partagent pas son opinion sur la nature de la Monarchie : « officium Monarchæ sive imperii dependet a Deo immediate, » il met en cause Boniface, non expressément, mais de la manière la plus transparente : « Sunt et tertii quos Decretalistas vocant, Theologiæ ac Philosophiæ cujuslibet inscii et expertes, suis Decretalibus (quas profecto venerandas existimo) tota intentione innixi, de illarum prævalentia credo sperantes, imperio derogant. » Son intention se révèle plus clairement dans la réfutation qu'il entreprend de l'application du texte : « *Ecce duo gladii hic*, à la double puissance du Pape. Les défenseurs des Régales ont trouvé que tout le venin des théories de Boniface relativement à son pouvoir papal sur les rois, était caché dans le sens figuratif attribué par ce pontife aux fameux glaives de saint Pierre. Il est curieux de lire la manière dont Dante interprète le passage : *Ecce duo gladii hic*, et cet autre : *Quodcumque ligaveris*; on voit combien cette âme élevée avait été abattue par l'exil et était malheureuse dans les efforts qu'elle tentait pour recueillir les forces de sa raison.

NOTE (P).

LETTRE A ALBERT ROI DES ROMAINS.

Alberto Regi Romanorum illustri ad perpetuam rei memoriam.

Patris aeterni Filius Dominus Jesus Christus, cujus licet immeriti vices in terris gerimus, misericordiae benignitatem exercens, ut in ejus beneplacita feramus jugum apostolicae servitutis, viam nos humilitatis edocuit, nosque suorum doctrinis mandatorum instruxit, ut ipsius vestigia, qui patiens et humilis